UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Jepthe iudice. Cap[itulum]. x.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

Iabir galaadithes de tribu manaſſe iudex ſextus poſt ioſue iudicauit iſrl' annis xxij. Hic habuit .xxx. filios: q̄s fecit principes .xxx. ciuitatū: quas nomine ſuo vocauit haioth iahir. i. oppida iahir. In cuius etiā tempore terra iſrael pace gaudebat: nec legūtur hebrei ab aliqua natione perſecutionē pertuliſſe. Ex quo etiā ſanctitas iudicis argui pōt: qui feliciter populū gubernās ad ſcelera cōſueta ruere non permittebat: qui ꝛ in pace ſepultus eſt.

¶De ſancto Iepthe iudice. Cap. x.

Iepthe galaadithes iudex ſeptimus poſt ioſue iudicauit iſrl'. Cū eni filij iſrl' poſt mortē iahir ſeruiſſent dijs gētiū tradidit eos dñs in manus philiſtijm ꝛ amon: ꝛ afflicti ſunt vehementer .xviij. annis. Qui clamauerūt ad dñm ꝛ proiecerūt idola de finibus ſuis: ꝛ doluit dñs ſuper miſeriam eorū: fuit eo tempore iepthe galaadithes vir fortiſſimus pugnator: ſed fili⁹ meretricis. Hic habuit vxorē de galaad de qua ſuſcepit filios: qui adulti patrē ſuum tanq̄ ſpuriū eiecerunt. Et abijt in terrā thob. Et congregauit inopes ꝛ latrocinātes: ꝛ factus eſt eoꝝ princeps. Tunc oppreſſi maiores natu iſrael deſcenderunt ad eū: ꝛ ipſum in principē elegerūt: vt pugnaret pro eis contra amonitas. Et aſcendens cū eis in maſphat factus eſt iudex in populo. Miſſiſq; nūcijs ad regē amon: vt exiret de terra ſua: illoq; exire nolente: egreſſus eſt iepthe ad pugnā cū exercitu ſuo: vouitq; dño: vt ſi victor rediret: quicunq; prior de domo ſua ſibi occurreret eū in holocauſtū dño offerret. Et percuſſit iepthe amonitas plaga magna: et humiliauit eos. reuertenti aūt in maſphat: occurrit ei vnigenita filia cum tympanis ꝛ choris. Qua viſa triſtatus eſt ad mortem: eo ꝙ ex voto ipſam dño neceſſe haberet. Filia ꝟo in nullo doluit: ꝑpter victoriam patris: ſed tm̄ duoꝝ menſium inducias petijt: vt plangeret ꝟginitatē ſuā cū ſodalibus ſuis: ꝛ expletis duobus menſib⁹ redijt: ꝛ pater qd̄ vouerat impleuit. Fuit tamē et ſtultus in vouēdo ꝛ impius in ſoluēdo: q: obtulit holocauſtū nec legitimū nec deo charū. Potuit tamen ante votū eſſe bonus: q: irruit ſpūs dñi ſuper eū ꝛ etiā poſt votū: q: ꝛ apoſtolus ponit eū in catalogo ſanctoꝝ in epiſtola ad hebre. Quidā aūt eū excuſantes dicunt illū familiari conſilio ſpūſſancti hoc feciſſe: ſicut ꝛ ſampſon q̇ ſemetipm̄ occidit. Iudicauit autē iepthe iſrl' vi. annis: ꝛ quieuit in pace: ꝛ ſepultus eſt in ciuitate ſua ſebeth: que eſt in galaad. Hic ab etate moyſi vſq; ad ſeipſum ait ſupputari annos trecentos excluſis annis .xviij. affectionis qui preceſſerant.

¶De ſancto Abeſan iudice. Cap. xi.

Abeſan vel eſebon bethleemita de tribu iuda iudex .viij. poſt ioſue iudicauit iſrael .vij. annis. Qui ꝛ populum dñi in pace rexiſſe creditur: quia nec eius tēpore alicuius belli in ſcriptura mentio habetur. Qui ꝛ quieuit in pace ꝛ ſepultus eſt in bethleem ciuitate ſua.

¶De ſancto Hailon iudice. Cap. xij.

Hailon zabulonites iudex nonus poſt ioſue iudicauit filios iſrael .x. annis. Qui ꝛ pacem omni ſue vite tempore habuiſſe putandus eſt: quia nec ꝙ cū vlla natione diſcordiā habuerit expreſſum reperitur. Et hic quieſcēs in pace in ciuitate ſua. Sepultus eſt cum patribus ſuis.

¶De ſancto Abdon iudice Cap. xiij.

Abdon iudex de ciuitate thecue: que eſt in tribu effraim decim⁹ poſt ioſue iudicauit i iſrael .viij. annis. Sub quo etiam terra hebreorum in pace quieuit: eo ꝙ ſub his prefatis tribus iudicibus iſrael a domino non receſſit. Et hic in pace dormiens in ſepulchro paterno ſepultus eſt in oppido thecue ex quo fuerat oriundus.

¶De ſancto Sampſone iudice. Cap. xiiij.

Sampſon iudex de tribu dan vndecimus poſt ioſue iudicauit iſrl'. Cū eni filij iſrl' corā deo peccaſſent tradidit eos in man⁹ philiſtinorū .xl. annis: a qua ſeruitute hoc modo liberati ſunt. Uir quidā de ſtirpe dan noīe manue: habebat vxorē pulchrā ſed ſterilē. Cui ſpe oranti angelus in agro apparuit: ꝛ naſciturū ex ea filiū nūciauit. Mandās ne q̄d vltra comederet aut biberet niſi iuxta legē nazareoꝝ: nam ꝛ puerū nazareum futurū predixit: qui et iſrael liberaret. Et cum hec oīa viro nūciaſſet: et ille vti zelotipia ductus angelum aliquem